

finente agere causas, sed etiam ordinante, & volente, ita Vasq. loc. cit.

26 Verum hæc opinio, ut nimis dura, & severa passim reicitur a Recentioribus. Suar. lib. 4. de præd. c. 4. Pennort. lib. 7. c. 21. Smif. trac. 3. d. 16. q. 4. n. 169. Vni. p. d. 41. art. 6. Branc. 10. 10. 1. d. 127. q. 10. & aliis, nam sub illa generali sententia Apostoli, quod Deus vult, omnes homines salvos fieri. Patres, vel comprehendunt, vel saltem non excludunt parvulos, & expresse inter alios D. Aug. lib. 4. contra Julianum dicens, nemquid parvuli homines non sunt, ut non perirent ad illud, quod dictum est, qui vult, omnes homines salvos fieri? quo testimonio non video, illustrius, & expressius in August. desiderari posse, ubi etiam docet, parvulos qui justificantur, & salvantur, venire in regnum Dei, ubi est certa, veritatis agnitio, unde non obstat verbum veniendi, quod voluntariam fidei susceptionem significare videtur, quia juxta morem loquendi ecclesie, etiam parvuli per voluntatem patrum ad finem venire dicuntur, atque ideo per hæc posteriora verba non limitantur priora, ut bene Suarez, cap. 4. cit. n. 5. notavit contra Vasquez, qui etiam minus fideliter per sua opinione cit. D. Prosperum, nam lib. 2. de vocatione gentium c. 20. ex instituto docet, verba Apostoli de parvulis etiam intelligenda esse, & hoc ipsum probare prosequitur ex eodem illo testimonio cap. 2. 3. & 25. ubi tandem concludit, illud ad omnes profusus homines extendi debere, sive adultos, sive parvulos; Imò hic sensus colligitur ex ipsis Apost. verbis immediate subsequentiibus: Unus enim Deus, unus, & mediator hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, Christus autem non pro solis adultis, sed etiam pro parvulis dedit seipsum redemptionem; quam rationem latè prosequuntur Pen. & Smif. contra Vasq. eju. que effugia sedulo precludunt.

27 Deinde ratio quoque ab eodem adducta parè urget, etenim ut per Dei providentiam tali media dicantur parvulis preparata, sufficit, quod verè fuerint ab ipso in finem supernaturalem ordinata, & ex ordine ad talem finem ea media sint illis eo modo preparata, ut per diligentiam humanam possint verè illis applicari, nisi per concursum alicujus cause, cõtingentis talis applicatio fuerit impedita, quod notatè addit, quia si talis applicatio impediretur per concursu alicujus cause secundæ necessitatis regulariter inimpedibilis, frustra diceretur hæc media preparata, cum ex ad verbo quoque preparata fuisset causa necessitatis eorundem applicacione impeditura, ad generalem autem Dei providentiam non spectat, quod omnem eorum sum cuiuscumque cause secundæ contingenti impeditur talem applicacionem suspendat, ut in fornace Babyonica suspendit ignis concursus, sed tantum ad speciale, quia causa electio exercet, sed sufficit, ut sufficientia remedia jam ab ipso instituta ita præparet, ut omnibus infantibus applicari possint interventus causarum secundarum, cursu eorundem immutato; quo circa si impedimentum ex parte illarum acciderit, quo minus applicati valeant, illud Deus nequaquam auferte tenetur ea ratione, qua vult, illos salvos fieri, quia ratione generalis providentiæ, ut dixi, vult omnes infantibus salvos fieri voluntate antecedente, cursu causarum secundarum non immutato; ex quo sequitur, ejusmodi impedimentum, quo applicatio remedi sufficientis infantibus interdictum impeditur, non esse ex primatia intentione divina, sed ex secundaria tantum voluntate, & ordinatum, que modum infantem prædicatos, & universos homines non electos create, ut respicienda dantur ad eamdem duntaxat secundariam Dei intentionem revoacatur. Cùm autè dicimus præter intentionem Dei, aut primariam voluntate evenire hæc impedimenta, planè non est hoc ita intelligendum, ut Deus parè permittit se habet respectu illius naturalis eventus, & non potius illi velit positive, ut bene probat ratio Vasq. sed sensus est, eventum illi esse præter intentionem divinam providentiæ particularis circa infantem illos, & solum esse ex communi providentiæ naturali, hoc est, Deum in serie effectuum à causis naturalibus futurorum, etiam illi dispositum non quidè eo sine ut partu illius pregnantis impediret, & infan-tem baptismum privaret, sed ut legem statuta conservaret, sinendi causas secundas motus suos agere; quare providentiæ particularis, quæ Deus decrevit infantem damnare, quia sine baptismo deest, etiam si supponit præscientiam illius eventus naturalis unde in hoc sensu non dicitur præter Dei intentionem evenire, non tamen illum disp. in ordine talis providentiæ particularis, etiam si in alio ordine providentiæ generalis, qua causis secundis naturalibus adstitit, sit disp. & positive voluit, ac intentus.

28 Ex quibus etiam constat, quo sensu dixerit Aug. infantibus quibusdã remedia sufficientia non applicentur, nõ enim intelligendus est de voluntate primatiæ, & antecedente, cum hæc voluntate dixerit alibi, Deu velle eos salvos fieri; sed loquitur de voluntate positiva, qua vult, illum effectum à causis naturalibus futurum, qui infante ante baptismum interimit in utero materno, vel extrã, & de infallibili permissione talis eventus, quem impedire non tenetur; ne naturalis causati cursus impediatur, licet de tali eventu prævideat, securum necem infantis ante ba-

ptimum; pro cuius intelligencia hæc signa possumus in divina voluntate distinguere, quod post lapsum Ad. prævisum decrevit remedium instituire pro mobo originalis culpæ omnibus adhibendum, & applicandum salvo jure naturalis cursus causarum, quas vult finire motus suos agere; in alio signo prævidet; quæ tali causati cursu securum necem illius infantis, antequam ad baptismum perveniat, quem ordinem, quia impedire regulariter nõ tenetur, prævidit juxta exigentia sui generis provenerit, infante illi sine baptismo moriturum, ut naturalis causarum cursus, & eorum expulsiat; ex quo tandè sequitur, quod ob originale culpam ex parte illius, & in hoc tantum sensu baptismum, & eorum exclusio à gloria; & in hoc tantum sensu dicit Aug. loc. cit. ex divina voluntate procedat, quod alicui infans sine baptismo decedat; Ubi interim notat etiam Vasq. auctoritates illas Aug. solvere, & explicare debere, quia in eis, ubi ita loquitur non tantum de parvulis sermone habet, sed etiam de adultis, quorum nonnulli ait; Deum non velle salvos fieri, sed tantum illos, qui salvi fuerint, que exemplo parvulorum confirmat; cum ergo Vasquez sententiam Apostoli de adultis universis saltem admittat absque illa exceptione, & August. eam neget universis etiam in adultis, illas auctoritates explicite tenetur; Tum quia idem casus in adulto accideret potest, quem tamen velle salvum fieri concedit arguens, dum existens in peccato mortali inopinatè incidit in amentiam, in qua moritur absque, quod sufficientia media à Deo sibi preparata possint applicari, & nullus audebit dicere, ordinem illum causarum, qui usum rationis adulti impeditur, non fuisse speciatim & minutim, à Deo præstitutum, & ordinatum; Sicut ergo in tali casu de adulto dicitur Vasquez, ad huc Deum quantum in se est, velle illum fieri, quia media sufficientia ad salutem illi dare vult, ex sincero affectu salutis ejus, & si nolit impedire causas naturales, quibus per accidens fit, ut in amentia moriatur, nec ei media salutis possint applicari; ita eodem profusus modo respondendum est de parvulis.

Ad argumentum itaque principale supposito, Deu velle quoque 29 infantem salvos fieri, respondit Cajet. 3. q. 68. art. 11. sic Deum providit sufficientia remedia parvulis omnibus ad eorum salutem necessaria, ut tam in maternis uteris periclitantibus, ibique morientibus, quam etiam aliis ad baptismum pervenire nõ valentibus subveniri possit, eamque non esse, nisi eundem baptismum in voto præsumptum cum aliquo præcipue exteriori signo, scilicet cum aliqua ipsius prolis benedictione, seu illius oblatione ad Deum facta etiam cum invocatione Sanctissimæ Trinitatis. Sed hæc opinio adhuc minus tolerabilis est, ut manifestè repugnat testimonio Christi Domini. Jo. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire regnum Dei, unde certum est apud Catholicos pueros in utero materno decedentes, & editos in lucem, qui sine baptismo moriuntur, damnari, cuius vices martyrum, quod appellantur baptisum sanguinis, ex particulari privilegio duntaxat supplere potest; quæ de causa meritò in nova Impressione Rom. Justi Pii v. Pon. Max. prædichi Commentarii expuncti fuerunt, referre Vasq. d. 11. q. 6. c. 1. Melius ergo ex proximè dictis occurrendum est, ut verè, & proprie dicatur Deus velle, omnes salvos fieri, omnibusque remedia sufficientia ad salutem contulisse, opus non esse, quod impedit actionem causarum secundarum, mortem infantibus præmaturnam inferre valentium; sed sufficit, quod ex vera intentione salvandi omnes, quantum in ipso est, occurrente opportunitate causarum secundarum, quæ quædam sunt naturales, quibus infans in lucem edi potest, quædam liberat parentes, & ecclesie ministris baptismum ministrare valentes, conferat media per sufficientia ad parvuli salutem eorumque; applicacione ex parte sua cooperetur, unde si aliquando aliunde & per accidens cõtingit, ex occurra aliarum causarum naturalium talem applicacionem impediti dummodo de lege Dei ordinata, & secundum cursum, & ordinem rerum tali mediocri applicatio sit possibilis, & ut in pluribus talis applicatio fiat, illud minimè obstat, quò ad huc cum omni proprietate dici possit, Deu illis verè præparasse media ad salutem necessaria. Quod declarat Doct. p. d. 46. q. an ad. 1. exemplo fatis apposto de rectorè & rege, qui proprie loquendo vult omnes subditos rectè vivere, dum adhuc finem bonas leges statuit, ministro quoque idoneo præfigit pro eorum custodia; etiam si immediatè nolit omnia auferre, ex quibus humana malitia occasione sumere potest non rectè vivendi, hoc, inquam, non obstat, quò ad huc verè dicitur, & sincero corde velle suos subditos rectè vivere, quia prudentia dicit, posse quædam providere, ac debere ad majora mala vitanda quædam minoris mali occasiones permittit, quas alioquin absolute possent removere; sic igitur in proposito adhuc verè vult Deus, omnes infantem, salvos fieri per applicacionem mediocum institutorum, etiam si interdum non tollat occasiones quasdam concursus causa-

OBIECTIO SECUNDA.

De Gentilibus.

causarum talem applicacionem impediendum, quia minus malum est, quòd per ille perdat, quàm quòd totius orbis ordo, ac series causarum immutetur, & pervertatur.

Dices, agens liberè non movens, ac prohibens cõsecutione alicujus effectus, cùm potest, proprie censetur velle talem effectum, sed Deus potest impedire actionem causarum secundarum infantem necantem ante baptismum, & non impedit, ergo verè vult talem effectum sequi, & non verè vult mediocum applicacionem, quia removere non vult impediens illum. Respondet, si argumentum valeret, probaret etiam, Deum ex intentione velle mala fieri, ac esse auctorem malorum; habetur enim canon. 83. d. c. error. cum possis prohibere per versos, & non facis nihil aliud est, quàm fovere, si ergo potest impedire mala, & non impedit, illa fovet; sicut ergo ad hoc responderi solet, canonem intelligi de illo, qui non habet universalem providentiam, sed particularem sub alio, Deum autem provisor est universalis, & tenetur finire causas secundas motus suos agere, sic in proposito dicendum, quòd quamvis impedire possit absolute loquendo, & mala fieri, & necem infantium ante baptismum, loquendo denegando concurrunt, sur alio modo, ad hoc tenetur non tenetur ratione provisionis universalis; & quamvis effectus malus sequatur, adhuc sequi non dicitur ex ejus intentione primatiæ, et si alius per se intensus impediatur, nec etiam ex ejus intentione primatiæ dicitur tale impedimentum sequi, quia antecedenter voluit, quantum in ipso est, tanquam in causa partiali, quæcunque ad positionem effectus ex parte ipsius desiderabatur; non requiritur autem ex parte ipsius, ut actionem causarum secundarum suspendat, quæ secundum naturalem cursum operando necem inferunt puero, sed potius, si est causa universalis, debet finire causas secundas motus suos agere, & ei concurrunt debent præstare, licet indè impediatur effectus in alio peculiari ordine divinæ providentiæ per se intensus, & voluit, antecedenti voluntate.

31 Ad Conf. argumenti principali dicendum, quòd licet sententiam Pauli quoad adultos rectè limitaverint Doctores pro illam conditionem, si ipsi velint, salvi fieri, tamen, ut sententia omnes universales homines comprehendat, qui etiam homines sunt, limitandum est, ut dicamus, Deum velle omnes salvos fieri, quantum in ipso est, modo supra explicato, ut loquuntur D. Bon. & Scotus loc. cit. quod appositè movit Alensisp. 1. q. 36. memb. 2. post. medium dicens Pauli sententiam esse intelligendam de voluntate conditionalis, non absolutæ, sed conditio talis non debet apponi, vult omnes homines, salvos fieri, si ipsi volunt propter parvulos, sed debet apponi, vult omnes salvos fieri, quantum in se est, quæ conditio in verbis explicatè potest: vult quantum est ex me, seu ex parte mea, & hæc voluntas licet non sit effectus absolutus, est tamen effectus conditionatus, ad eò quòd impleta conditio transit in absolutam; Ex quo fit, ut hæc voluntas, cum non sit simplex, & pura complacentia, necessarii duo operatur, ut bene notat Suarez cap. 4. cit. n. 10. unum est, ut, quæ necessaria sunt ad salutem infantium, & ex solo Deo pendenti, illis offerantur, & conferantur, quantum ipsi capaces sunt, Christi passio, baptismus &c. in his etenim mediis impletur conditio, respectu illorum voluntas illa non pendeat, nisi ab ipso, ergo respectu illorum voluntas illa transit in absolutam, & efficax; aliud, quòd dicta voluntas operatur, est, quòd in his mediis, quæ pendet à causis secundis, ut est applicatio baptismi, & similia, Deus ex vi illius voluntatis, quæ in ipso supponitur, non potest peculiariter, ac directa providentiæ impedire illam applicacionem, seu executionem mediocum, alioquin ageret contra illam conditionem, quantum in se est, unde potius est, ut infantem salutem teneat ad ostendendum, quantum in se est, ordinatum auxilium, vel concursum ad talem applicacionem ex parte sua necessarium; & hoc satis est dicitur ex se velle etiam hæc media præstare voluntate antecedenti, ac proportionata intentioni finis; non tamen ex tali intentione tenetur immutare ordinem aliarum causarum, ut alia media cum effectu applicantur, quia hoc excedit limitationem illius effectus; & conditionem in ejus objecto inclusam, ut bene Suarez loc. cit. Ad ultimum constat ex dictis, sententiam Pauli etiam ad infantem extendi, quoniam & ipsi homines sunt, unde concludo, Deum etiam parvulis sufficientia providit remedia ad salutem, ut nulli parvulo illa denegat; licet non omnibus det media proximè sufficientia ad salutem, sed quibusdam det solum media sufficientia removere, ut constat de illis, quibus ob defectum alicujus cause secundæ media illa non applicantur; putà ex defectu aquæ ad baptizandum, ex defectu ministris, qui sciat, vel cogit baptizare, ex defectu causarum naturalium, quibus indiget infans, ut in lucem edatur, & vivat donec ad baptismum perveniat.

Secunda obiectio sumitur ex Gentilibus, & infidelibus quibusdam, ad quos nunquam evangelii prædicatio pervenit, unde non sunt in culpa, quòd illud non audierint, aut quòd nõ crediderint, quia fides est ex auditu, auditus autem est per verbum Dei, & prædicacionem evangelii; Cùm ergo certum sit, fidè numerati inter media, quæ sunt ad salutem necessaria, planè non dabit Deus omnibus media ad salutem necessaria; maior præterquam quòd experientia constat, probari potest ex D. Th. p. 2. quæst. 10. artic. 1. 2. & 3. cum D. August. lib. de natura, & gratia cap. 4. & 8. docente, reperiri quosdam infideles solum negativè, non autem contrariè, nec privatiè, quorum infidelitas inculpabilis est, quamvis ob alia peccata illi damnentur.

Respondeo, etiam Gentiles, qui nunquam de Christo aliquid audierunt, habere sufficientem gratiam, qua salvati possint, si vellent, quòd expresse deducitur ex eodem Pauli testimonio, quòd vult omnes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, per quam ultimã particulam expresse Gentiles significat; si autem vult eos salvari, & veritatem fidei agnoscere, debet eis providere de sufficienti remedio, quòd ex consequentia, alioquin id frustra vellet; ratio autem, cur illis non fiat dedit, sine qua salvi esse non possunt, est, quia adhuc propter sua peccata sunt indigni; non enim Deus, ut Theologi docent, & Scotus præcipue quæst. 1. prolog. s. contra autem, uno, & eodem tempore dat infidelibus omnia, quæ ad salutem necessaria sunt, sed ordine servato incipit à minoribus, & paulatim ad majora progreditur; primo enim illos excitat ad dolendum, & displicendum de peccatis contra legem nature commissis; deinde largitur auxilia proximè sufficientia ad legem naturalem servandam, quam saltem totam sine divino auxilio non possunt; tertio ad elemosinas, & alia opera recte rationi consentanea & tandem ad rogandum, & aliquid à Deo impetrandum; si enim hæc omnia præstent, Deus eos ad ulteriora vocat, & auxilia præstat ad fidem Christi acceptandam, pro quo Scotus loc. cit. affert exemplum Cornelii, qui servando legem naturalem; dando elemosinas, & invocando Deum, impetavit tandem ut ab Angelo m onitus, & ab Apostolo instruitus veram fidem & baptismum suscipere; simile est exemplum aliud de Eunuco illo Regine Æthiopum, qui eodem modo ad Deum impetravit fidem, & baptismum per Philippum; dato ergo quòd sint alii qui infideles negativè, & ignorantia invincibilis laborantes (de quo tamen apud Theologos est dubium) ad quos Evangelii prædicatio nunquam perveniret, non ob id sunt destituti omnibus auxiliis; licet enim non habeant auxilium proximè sufficientem ad credendum exhibitum, sed tantum paratum in tempore opportuno, habent tamen auxilium proximè sufficientem exhibitum ad totam legem nature servandam, quo si non abutuntur, successu temporis ad ulteriora vocantur, & eis exhibetur auxilium, etiam proximè sufficientem ad credendum, etenim ut docet Scot. 2. d. 37. T. universali ter quicquid Deus antecederet dat, daret etiam consequenter, quantum est ex se, nisi per hominem steterit; si ergo infideles illi auxiliis, actu exhibitis ad servandam naturæ legem bene utantur, Deus, vel per internam inspirationem, vel mittendo eis verbi sui præcones, sicut misit ad Cornelium, & Eunucom, illos de credendis instrueret, & ad fidem perduceret, unde si damnantur, ait Theologus, non utique damnati proximè propter infidelitatem, sed propter alia peccata contra legem nature commissia; Addunt alii, nullum esse ex istis infidelibus, quem Deus per seipsum, vel per Angelum custodem saltem aliquando in vita non illuminaverit de fide Christiana, vel expresse, ut in illis infidelibus qui habent notitiam illius, vel implicite inspirando illum, quòd facta illa, vel religio, in qua versatur, est falsa; & quòd debet querere aliam veram, & certioram, quòd valde piè, & probabile puto, tùm ex perfectissima providentiâ, quam dicitur Deus habere de omnium salute, & per quam sine ulla exceptione dicitur Jo. 1. illuminare omnes hominem venientem in hunc mundum, quòd de lumine gratiæ, quo hominibus datur potestas, ut filii Dei fiant, interpretatur Jan. ibid. ex communi PP. sententiâ; Tùm ex diligenti Angelorum custodia, sicut enim Angelus tentator fideles non semel vexit circa mysteria fidei, ita quoque valde verisimile est, Angelum Custodem infideles non semel inspirare ac illuminare, quòd facta, in qua versantur est falsa; ex quo etiam capite, & non tantum ex lumine nature plures Philosophi falsitatem, ac turpitudinem cultus Idolorum agnoverunt.

Dices, Deus in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas, ut habetur Act. 14. 15. ergo denegavit illis auxilia sufficientia ad salutem, nec eas gentes fuit creata illu-

minavit. Respondeo negando consequentiam, ibi comparatur Judæi & Christiani ceteris gentibus, demonstratur, nullam nationem tantam à Deo gratiam recepisse, & verè fidei cognitionem, quantum habuit Judæorum populus, & Christianus; quamvis enim gentes communia habuerit à Deo præsidia, quibus salvati potuissent, si voluissent, & ad cultum veri Dei venire, non tamen habuerunt legem scriptam, & prophetas, sicut Judæi, & multo minus legem gratiæ, & Christum, & Apostolos, sicut Christiani, de quibus merito dixit David, *non fecit taliter omninationi, & judicia sua non manifestavit eis*, non ergo absolute intelligendum est, quod dimiserit omnes gentes ingredi vias suas sine ullo gratiæ præsidio, sed comparatè, ut non talia, ut tanta subsidia dederit eis, quanta Judæis est elargitus in veteri lege, & Christianis in nova; licet ergo non omnibus infidelibus exhibeat de factò auxilium proximè sufficiens ad suscipiendam fidem, ut experientia patet, sunt enim, & fuerunt omnibus seculis retro actus plurimi infideles, quibus fides non est prædicata; dat tamen omnibus infidelibus aliquando auxilium sufficiens proximè ad suscipiendam legem naturæ, quod est remotè sufficiens ad suscipiendam fidem, quatenus si benè eò uterentur, daret ulteriora auxilia usque ad illud, quod proximè sufficeret ad suscipiendam fidem; notanter verò dixi *aliquando*, quia sicut non omni momento homo est capax talis auxilii, ut cum est somno, vel vino confopitus, aut alio seculari negotio distractus, & præditus, ita nec omni momento hæc auxilia Deus exhibet, quia neque id est necesse ad sufficientiam divinæ providentiæ, quantum est ex parte Dei, sed satis est pro certo loco, & tempore, ita aliquando hominem ad salutem excitat, ut si tunc velit cum gratia adjuvante cooperari, possit vel immediate fidem suscipere, vel aliquid præstare, per quod obtineat ulteriora auxilia ad credendum, quare si tunc negligat divinæ excitationi præsentem cooperari, non Deo sed sibi, fuisse negligentia imputari debet, quod non salvetur, ut notat Smilnich, loc. cit. à num. 156. ubi plura habet de hoc themate.

OBJECTIO SEXTA.

De Reprobis.

Tertia objectio sumitur ex reprobis, quibus omninò Deus videtur denegasse auxilia ad salutem sufficientia, quandoquidem eos non alio sine creasse videtur, nisi ut in eis ostendat, & exerceat justitiam suam punitivam, ut ex nonnullis scripturæ loc. colligunt Calvinus, & Beza apud Bellarm. in lib. 2. de amissione gratiæ cap. 12. primus est Exod. cap. 9. ubi Deus dixit Pharaoni, *id est posuisti, ut ostendam in te fortitudinem meam*, vel ut legit Apostolus ad Rom. 9. *in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam*; secundus locus est proverb. 16. *inversa proper seipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum*, tertius est in eadem epistol. ad Rom. 9. ubi habetur, *Deus volens ostendere iram, & iram suam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ aptata in iram*, Conf. id ex auctoritate Aug. pluribus docentis, Deum ex sola sua voluntate decrevisse aliquos salvare, ut ostenderet in eis gloriam suam per modum misericordiæ, alios verò decrevisse in gloria perditionis relinquere, ut exerceret in eis suam justitiam, & quibusdam hominibus conferre auxilia opportuna, ut salventur, alios verò non conferre eadem auxilia, alios finire mori, antequam recipiant baptismum, vel dum sunt in peccato mortali, antequam penitentiam agant; & quando sunt in gratia, non illos tunc eripere ex hac vita, sed expectare, ut laborant in peccata, & tunc finire illos mortimò, vel alios facere facti fidos, aut multos, aut inter infideles, ubi doceri non possunt, & ad fidem, & agnitionem veritatis venire; ergo ex Aug. sententia; quæ in hac materia præsertim irrefragabilis esse debet, saltem post prævisum Ade peccatum non omnes homines sunt ad finem æternæ gloriæ ordinati, nec voluntate consequenti, nec antecedenti; antecedens sumitur ex doctrina Aug. lib. de natura, & gratia cap. 8. & lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 21. & lib. de bono perseverantia cap. 8. 9. 10. ac 11. & 12. 13. & 14. & lib. de correptione, & gratia cap. 6. 7. & 8. & verba refert per extensum Pennottus lib. 5. cap. 16.

Respondeo falsum proferri esse assumptum, quod à Deo sit intentum, & volita intentio primaria, & voluntate antecedenti ostensio divine justitiæ punitivæ in reprobis, quemadmodum intentio est ostensio divine misericordiæ in electis, nam quod Deus non facit, nisi vellet invitum, & coactum, & cum maximo animi cruciatu, & dolore non potest esse ab eo volitum, & intentum voluntate antecedenti, & intentione primaria, Deus autem punit homines invitum, & coactum, & maximo animi dolore, ut habetur Genes. cap. 6. Isaiæ 1. Jerem. 8. Tùm quia hinc sequeretur, peccatum esse quoque à Deo efficaciter volitum, ac intentum, sicut ipsa justitia punitiva, eadem enim est intentio

suas, & medium, quæ sunt ad finem necessaria, quale est peccatum in ordine ad justitiam punitivam, quæ sine culpa præcedente exerceri non potest. Tùm quia si esset à Deo per se intentum ad perfectionem universi, & ostensione suæ fortitudinis, sequeretur, Deo esse necessarios homines impios, quos oppositum haberet Ecclesi. 5. *Non est necessarium homines impios, in quibus posset hujusmodi justitiam exercere, scripta patet, quia illud est Deo necessarium, sine quo finem intentum cõsequi non potest*; itaque ostensio divine justitiæ in reprobis est solum volita à Deo voluntate consequenti, & intentione secundaria, ut docet Aug. lib. 11. de Genes. ad litteram cap. 22. & in Enchirid. pluribus in locis, & in epist. 106. Neque illa tria Scripturæ testimonia oppositum student, nam in primo loco per *fortitudinem*, ut plures Patres exponunt, non intelligitur justitia punitiva, sed patientia, & longanimitas, quæ interdum in divina Scriptura nomine fortitudinis significatur, ut sensus sit, *posuisti te, ut ostendam in te fortitudinem meam*, id est longanimitatem, & patientiam, quæ est fortitudo in sustinendo, & dissimulando contumaciam, & duriciam peccatoris; in secundo loco non debet intelligi, quod voluntate antecedenti, & intentione primaria operatus sit impium in diem malum, id est, creaverit ipsum ad perditionem, sed quod eum, quem ad gloriam creaverat, voluntate antecedenti, ac intentione primaria, postquam previdit, propria voluntate malum esse futurum, voluntate consequenti, & intentione secundaria, ordinavit ad diem malum, ut vertunt septuaginta interpretes; Ex tertio tandem loco malè colligitur, Deum sustinere peccatum, ut in eis ostendere possit iram suam, ac justitiam punitivam, cum potius oppositum inde deducatur, quod tanta patientia eos tolerat, ut ostendat misericordiam suam, & ad penitentiam adducat juxta id, quod superius in eadem epist. cap. 2. docuerat idem thema transiens illis verbis *an dicitur bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contentum; ignorans, quod benignitas Dei ad penitentiam te adducit, secundum autem duritiam tuam, & impenitentiam cor thæ auribus tibi iram in die iræ, & revelationis iustitiae Dei*; ex quibus verbis, ut ad vertit Pennottus manifestè colligitur, duplicem esse finem diving tolerantiæ, quæ impios sustinet, alterum principaliter intentum, qui est peccatorum cõversio, & penitentia, & colligitur ex prioribus verbis; alterum secundario intentum, qui est ostensio divine justitiæ in obtinatis, ac impenitentibus, ut ex posterioribus palam deducitur, *secundum autem duritiam tuam, & c.* Tandem si in Scriptura invenitur aliquando expressè dictum, reprobos non ad salutem, sed ad supplicium esse destinatos, ut Calvinista contendit, plane intelligi non debet eos sola Dei voluntate, & nulla ipsorum culpa præcedente, ad suppl. iam ad alterum destinatos esse, sed propter prævisam peccata dicitur voluntate consequenti ad illud fuisse ordinatos; & non sequitur, eos omni gratiæ auxilio fuisse destitutos, cum dicat Apostolus conceptis verbis, quod benignitas Dei ad penitentiam illos adducit, sed potius sequitur, auxilia oblati secundum suam duriciam uti non voluisse.

Ad Conf. Aug. dico, quod licet illis in locis dicitur esse ali. 36 quantalò loquitur in hac materia, si sola verborum superficies attendatur, tamen certum esse debet, eam non esse Aug. mentem; nam ille est sensus, quem ex ejus verbis olim acceperunt Massilienses, & alii Semipelagiani, ut colligitur ex epistolis Prosperi, & Hilarii ad Aug. & ex lib. Aug. ad articulos fidei sibi falso impositos, & ex lib. Prosperi ad capitula Gallorum; illi namque Augustino imposuerunt, quod dixerit, Deum non velle omnes homines salvos fieri, sed solum certum quendam numerum, & quod non omnes sunt à Deo creati, ut vitam æternam consequantur, & illi, qui non sunt à Deo ad vitam prædestinati, etiam si baptismum suscipiant, & aliquando justè vivat, nihilominus tamen in hac vita reservat, donec ruit in peccatum, & tunc aseasonur ex hac vita, & pereunt; cum igitur has propositiones ipse Augustinus, & Prosper ejus doctrinæ propugnator acerimus in dictis libris damnet, ac anathematizet, tanquam falsas, & erroneas, & à divina pietate profus alienas, evidens est, hunc sensum, quem modò Calvinista ex illis August. verbis accipiendum esse contendunt, te vera Augustinianum non esse, sed omninò Calvinianum, ut Pennottus notavit lib. 5. capit. 17. hunc autem suum sensum non fuisse, protestatur Aug. ipse lib. allegato ad articulos sibi falso impositos ad 2. dicens, *remota ergo hoc discriptione, quam divina scientia intrinsecum sua iustitia continet, sincerissime credendum est, quod profertur, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant, quod probat ex Ap. sententia, & rursus lib. 6. Hypognosticon, prope finem, quæ dicitur, autem divino iudicio putaret fieri, non omnes homines salvari, dixit, Apostolus, qui vult omnes homines salvos fieri. Ad summum, quod ex Augustini doctrina pretendi potest, est, quod Deus aliquos ex sua voluntate, & meta misericordiæ elegerit ad gloriam ante prævisam eorum merita, etiam si aliqui adhuc in ejus sententia hoc negent, ut quæ seq. videbimus, attamen quod ad reprobationem actinet,*

certum est in ejus doctrina nullum fuisse à Deo reprobatum ante prævisam demerita, saltem ante prævisam originale peccatum, expressè docuit Epist. 105. ubi querens an detur ex parte nostræ aliqua causa nostræ prædestinationis, ac reprobationis, ait, *Querimus causam prædestinationis, nec invenimus, quæ erimus, nisi illam reprobationis, & invenimus. Quod dubium semper fuit apud Aug. ejusque solutione sæper fatus est humiliter se ignorare, cur, & cum eadem sit fors omnium hominum, & cum omnes in Adam cõfluxerint in unam massam perditionis, Deus ex illa massa potius liberet hunc, quàm illum; & quamvis de adultis sit aliquando visus respondere eos, qui non liberantur, prævisos fuisse imponentes, & rebelles Deo futuros, ac proinde reprobatos, ut in Epist. 105. & quæst. 2. primi libri ad Simplicianum, & in lib. responsonum ad articulos sibi falso impositos ad 2. & 12. attamen de parvulis ex hac vita decedentibus, antequam ad usum rationis perveniant, dubium reliquit semper insolutum; ut videtur in Epist. cit. 105. *cur autem illum liberet, aut non liberet, sciretur, qui potest iudicium ejus tam magnum profundum, verumtamen excusat precipitum, nam quid enim iniquitas est apud eum?* etenim responsonem illam Semipelagianorum parvulos, qui damnantur, reprobatos fuisse propter peccata, quæ Deus previdit facturos, si ad ætatem adultam supervivendo pervenissent, semper ut absurdissimam, & ubique D. Aug. rejecit; & hæc dicta sunt de vera, & germana Aug. sententia in hac materia.*

Uerò proprium, & genuinum habeamus quoque August. sensum in locis allegatis in argumento, notandum est, quod Scotus advertit 2. d. 33. q. unad. 1. cum D. Bon. in eadem d. art. 3. quæst. 1. ad 1. modò disputandi August. contra hereticos, quod ad extirpandas hæreses interdum excessivè loquitur, sicut, & frequenter facit alii Patres, quia secundum Phylosophum in moribus sua deveniendi ad mediū est aliquoties procedere ultra mediū versus extremum 2. Ethic. ita frequenter Sacti extinguedo contra hæreses pullulantes, excessivè locuti sunt volentes declinare ad aliud extremum, & ita multum pòdetandū est, contra quos hæreticos Sacti locuti, sicut August. contra Arium videtur quod declinat ad Sabellium, & è converso similiter videtur cõtra Pelagium declinare ad Ariū; Unde quoniam nonnulli hæretici dixerunt parvulos sine baptismo decedentes nullà habere penã, quia nullà habent propriam culpam, idè Aug. ad illam hæresim extinguedam excessivè loquitur, quasi etiam puniantur pena fœtus; Dicendum tamen inquit S. Bon. loquens de peccata parvulorum, quod August. verbi illis non intendit dicere, quod parvuli sensibilibus creantur, sed intendit eorum ponam manifestare quantum ad certantiam visiois Dei, & quantum etiam ad vilitatem loci, & hoc valde abundanter exprimit plus dicens, & minus volens intelligere ad extirpandam hæresim illam, quæ dicebat, parvulorum nulla peccata puniri. Cui ergo ex Scoti doctrina de indagando verum sensum S. Patrum contra hæreses disputantium, multum sit ponderandum, contra quos hereticos sint locuti, quoniam omnes auctoritates in argumento allegatae sumptæ sunt ex libris, quos Aug. scripsit contra Pelagianos, & Semipelagianos de gratia Dei prædestinatione totum prædestinationis negotium, atque falsitas nostræ ex nobis pendere, bonoque usi nostri arbitrii disputationes contra hunc errorem interdum loquitur excessivè, & ut inquit Doctor, arguens cõtra Pelagium adeo extollit divinam gratiam ab eo cõcõlcatam, ut cum Ario quandoque liberum hominis arbitriū videatur extenuare, plus dicens, & minus intelligere volens ad illam hæresim explicat Pennottus loc. cit. exponit præfat. Aug. auctoritates respectu eorum, qui non salvantur; uno modo de actu divine voluntatis antecedenti, & inefficaci; alio modo de actu divine voluntatis consequenti, & efficaci; vel elarius uno modo intelligi possunt in sensu affirmativo, & tunc sensus erit, quod quia Deus aliquos decrevit efficaciè excludere ab æternâ gloria, idè non vult, ut in tempore baptismi accipiant, & predicetur eis Evangelium, & veniant ad fidem, & si aliquando sunt in gratia, expectat, donec ruit in peccatum tuar, & tunc illis ejecit, quia ad penã prædestinavit, & hic sensus est falsus, & erroneus, quem ex verbis Aug. olim acceperunt Massilienses hæretici, sicut modò Calvinista, & Augustinus ipse loc. cit. protestatur non esse suæ intentionis, alio modo possunt intelligi in sensu negativo, & tunc sensus erit, quod quia Deus non omnes efficaciter ad gloriam prædestinavit, idè illos, qui non sunt prædestinati, aut non servat in vita, deo bene baptismi accipiant, aut dum sunt in gratia, non tenet eos, neque eripit, antequam in peccata labantur, nec tribuit eis donum efficacis perseverantiæ, tamen denegando illis auxilia sufficientia ad salutem, & hic est sensus verus, & catholicus; hoc autem dicere, aliud non est, quàm asserere Deum non velle voluntate efficaci, & cõsequenti omnes salvare, quocõque modo illi vivant, cum quo adhuc stat. Deum voluntate antecedenti,

Massili in sent. Tom. I.

quantum est ex se modo explicato, velle omnes homines salvos fieri, & ex vi talis voluntatis singulis præstare auxilia ad salutem necessaria, & neminem velle tali voluntate perire.

OBJECTIO QUARTA.

De induratis, & obcecatis.

Quarta objectio sumitur ex iis, qui in Scriptura dicuntur à Deo obcecari, indurati, & in reprobum sensum traditi; ac à Deo penitus derelinqui, ut Exodi 9. *Deus induravit cor Pharaonis, & ad Rom. 9. Quem vult indurare, & Isaiæ cap. 6. Ecce aca cor populi huius, & aures ejus obcecavit, & oculos ejus claudet, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.* Psalm. 80. *Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, & Jerem. cap. 51. Curavimus Babyloniæ, & non est sanata, delinquimus eam, & 2. Macab. 9. de Antiocho Rege. *Orabat sceleribus ad Dominum, à quo non erat misericordiam consecutus, & Ecclesiast. 7. Nemo potest corrigere, quem Deus despecterit, & Hebræorum 11. de Etai *Qui non invenit penitentiam locum, quamquam cum lacrimis inquisisset eam Ioan. 5. Est peccatum dicens ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis, & Math. 12. Qui dixerit Verbum in Spiritum Sanctum non dimittetur ei, neque in hoc, neque in futuro seculo, & Hebræorum 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & prolapsi, rursum revocari ad penitentiam, & Habet. 10. voluntate peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, & alia consimiles habentur in Scriptura auctoritates, ex quibus si heretici ostendere nitentur, Deum ita nolle aliquorum salutem, ut potius illos excæcet, & induret in malo, ne videant, & audiant, & convertantur, & salventur. Et nonnulli Doctores Catholici saltem ex illis deducunt, interdum homines ad tantam multitudinem peccatorum pervenire, ut à Deo nedum auxilia efficacia, sed nec sufficientia ad salutem amplius accipiant, itaut nec credere, nec penitere possint, ita Henric. quod. 3. questio. quinta, Abulensis in capit. quarto, Mat. Gregor. prima distinct. 46. quæst. unic. Cajetan. in cap. 19. Ioan. Rossensis artic. 26. contra Luther. Ruvardus Tap. artic. septimo, & alii adducentes pro hac opinione etiam Patrum testimonium; Augustinus in expositione quarundam propositionum Epistol. ad Roman. capit. 26. exemplo Pharaonis docet, obduratos non amplius peccare, etiam si Deo non obediant, eo quod non habeant sufficientem gratiam, quæ ad obediendum requiritur; Idiosus de summo bono c. 15. *nonnulli ita à Deo desipiunt, ut deplorare sua mala non possint, & Greg. 4. moral. cap. 3. & 4. loquens de Iudæis non immerito per Galbeo dicitur superbia tudeorum corda frangantur, ipsi enim ab omni gratia rursus se cutantur.* Fulgent. lib. 1. ad Monach. cap. 13. *justè deservit à Deo, qui deservit Deum.****

Accedunt præterea rationes, nam inducit peccatores pro eo saltem tempore, quo à Deo obcecantur, indurantur, ac in reprobum sensum traduntur, videtur sufficienti salutis remedio destituti. Tùm quia nemo potest salutem consequi, nisi à Deo interius excitetur, at sæpe contingit, ut inter ultimam excitationem, & mortem ipsam peccatoris aliquid intercedat tempus, igitur toto illo tempore intermedio peccator erit destitutus auxilio sufficienti ad salutem. Tùm tandem, quia peccatorem privati auxilio sufficienti, cum magni peccatorum multitudinem commisit, est justa, & digna sue iniquitatis pena, & nihil derogat divinæ justitiæ, & bonitati, quin potius decet ad ostendendam misericordiam suam in electis, & justitiam in reprobis, ne se similes peccatorum ponderè obtui sinant; ergo non est, cur dicamus, Deum auxilia sufficientia interdum eximisi peccatoribus non denegare.

Respondeo nihilominus, his non obstantibus, Deum in hac vita nemini quantumvis indurato, & à Deo averso auxilia ad salutem necessaria denegare, quod semper, ineluctabiliter deducitur ex illo principio, generalitè, quod *Deus vult, omnes homines salvos fieri*, si enim serio, ac verè, & non metaphorice ita vult, debet omnibus ex vi talis voluntatis auxilia saltem sufficientia præstare, ut ait Scot. p. d. 46. quod rursus confirmat 4. d. 20. q. 1. loquens de ferotina penitentia; imò ex eisdem Scripturæ loc. in quibus loquitur de peccatoribus obduratis, expressè habetur adhuc in tali obduratis statu à Deo non derelinqui, sed adhuc vocari, & excitari, & tantam habere gratiam, quanta sufficit, ut resipiscant; Act. 7. *dura cervicis, & incircumcisus cordibus, vos semper Spiritui Sancto resistitis.* Proverb. 1. *vocavi, & renuistis Me.* 23. *Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, & noluisti, & cap. 11. si in Thyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, & c.* his enim locis loquitur de Iudæis obduratis, qui adhuc in tali obduratis statu à Spiritu Sancto pro internam gratiam movebantur, & excitabatur, alioquin non diceretur illis resistendo renuente, ac nolente quando etiam cõcederetur, peccatores sic obduratos à Deo derelinqui,

Q. 3. adhuc

adhuc deduci non possent, ut Hæretici contendunt, Deum ex se velle alicujus ruinam, & non potius salutem, quia ut ait Aug. l. 1. ser. ca. 15. si in tali statu à Deo derelinquente, jam hoc non est sine illo tum malis meritis hoc enim eis evenit, ac Deus permittit in poenam præcedentium peccatorum, atque ideò sibi ipsi imputent, & non Deo; & hæc est communis sententia divini pietatis magis consentanea, nedum veterum, sed etiam Recentiorum Vasq. p. 1. disp. 97. cap. 3. Molin. p. 1. de concord. c. 10 Suarez. lib. 4. de præst. c. 3. Lezana tr. 4. disp. 11. q. 7. Bec. cap. 1. q. 7. Amic. disp. 16. sec. 1. Pennott. lib. 7. c. 19. ex nostris Smilinch. tr. 3. disp. 6. qu. 4. Branc. disp. 17. q. 14. Vulp. disp. 4. art. 5. & aliorum passim; imò Smilinch. loc. cit. à nu. 125. demonstrat, quàm plures Auctores pro p. sen. citatos stare pro hac secunda; Pro qua etiam neque desunt Patres, neque Concilia, etenim in definitionibus Concilii primi Patres, & Romani sub Cornelio Papa definitum fuit quemlibet hominem, quamdum est in hac vita, posse salvari, quæ definitiones in utroq; Concilio habentur cap. 8. & renovate sunt in Conc. Later. sub Innoc. 3. in c. Firmiter de summa Trin. & fide Cath. sine auxilio supernaturali nullus potest salvari, & nulli patet aditus ad vitam; ergò salte virtualiter in illis Conciliis definitum est, nemine in hac vita esse penitus supernaturali auxilio destitutum, ad salutem necessarium.

40 Nec etiam de sunt Patres pro hac sententia, nã Clemens Alexand. exponens illud Psal. nec est qui se abscondat à calore eius, inquit, audite, qui estis longe, & qui estis propè, nullus celatum est verbum; lux est communis, omnibus illucit, sicut hominibus, nullus est in Mundo Cimerius, populis alludens Cimeris, qui noctem sententiæ habere se medicem, & Fulgentius pro opposita citatus sententiæ utens Medici similitudine ait Ep. 7. Sicut Medico nulli a incurabili est plaga, ita neque alicui tempore coelestis potest deficere medicina; & Procl. de vocatione gent. c. 25. loquens de divina gratia ait, Deo placuit, hanc multis tribuere, & illam à nemine submovere. At inquit Vasq. cit. c. 3. horum duorum Patrum testimonia habere suspecta, eò quia ut Augustini exactissimi discipuli oppositam sententiæ debent profiteri sententiã, quam expressè ait, August. docuisse in Epist. ad Rom. cap. 62. ubi auxilium sufficiens aperte denegat obduracy. Cæterum D. Aug. in nostra esse sententiã clarè constat ex lib. de prædest. & gratia cap. 14. ubi celebrat miram Dei patientiam toto illo tempore, quo Pharaonis obduratio perseveravit, illum ad penitentiam revocando; Patientia Dei ei valere debuit ad salutem, quia differens ultimum meritumque supplicium, miraculorum verbera crebra desinabat & cap. 15. comparatione facta inter Nabucodonosor, & Pharaonem offendit, omnia divina auxilia illi exhibita, quibus ad penitentiam est revocatus, isti quoque, oblata fuisse undè tandem concludit, quid ergò fines eorum fecit esse diverfos, nisi quia unus manum Dei sentiens in recordatione propria iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei gratiam pugnavit arbitrio, quibus in locis clarè planè loquitur August. pro nostra sententiã, quàm in aliis à Vasq. adductis pro opposita; etenim illam præferit sententiã, quam in Epist. ad Roman. prop. 62. affirmaverat, postea correxit, ut notant Beccan. loco citat. & Bellar. post Scotum 1. dist. 41. quæst. 1. nam lib. 1. retrac. cap. 23. & lib. de prædest. Sanct. cap. 3. multa revocavit, quæ in illa prop. 62. assererat, undè cenferi debet, revocasse etiam illud de Pharaone, quod ad obduratum esset, ut inobedientia ei non imputaretur, eum ex Scriptura Exod. 9. 27. manifestè constat, Pharaonem revera peccasse, quòd nollet Deo obedire, & populum dimittere, sicut, & peccatum Judæi, quantum vis obduratum quòd Christi fidem non percipient, ut habetur Io. 15. 22. quare idem quoque judicium ferri debet de Prospero, & Fulgentio August. discipulis.

41 Itaque ad loca Scripturæ, in quibus dicitur Deus peccatores quosdam judicare, obsecrare, ac in reprobam tradere sententiam, quæ loca interdum explicat Aug. non de sola permissione, sed etiam de actione positiva, licet sufficienter sit explicata, in quo sensu intelligi possint etiam de actione positiva, disp. præced. n. 53. dico, ulterius homines dupliciter citi in peccatis indurati; vel ex parte sua, & sic obdurati dicuntur, quando Deo vocanti resistunt, ac ejus inspirationes respiciunt, quapropter dicebat David Psal. 94. Hodie si vocem ejus audieris, nolite obdurare corda vestra; vel ex parte Dei, & hoc tripliciter intelligi potest in bono sensu, & catholice, vel quasi per accidens, quantum Deus facti alicui, undè homo occasione accipit seipsum obsecrans, & obdurandi in peccato, licet Deus non ea intentione illi faciat, neque illud suppet natura ad talem obduratorem inducendum sit apertum, sed potius ex perversa hominis ranciditate, & doctrina Judæo obsecrante, quibus potius illuminari debebant, & in hoc sensu Hyeron. ad Hebr. lib. Epist. 150. ait, Deum per accidens interdum peccatores obdurare, scilicet ejusdem beneficiis, & eodem lumine, quibus alios illuminat, & ad se convertit. Vel secundo intelligi potest, eos indurare, & obsecrare, patienter eorum peccata tolerando, nec statim punien-

do, nam peccatores divina patientia abutentes, majorem inde sibi faciunt peccandi licentiam, & sic explicat Origenes lib. 3. Periacton c. 1. propagatur licentia peccandi animadversione cessante. Vel tandem dicitur eos indurare, quòd eo eorum peccata ipsos deserit, non quidem negando communem, & sufficientem gratiam, sed subtrahendo majora, & efficaciora subsidia, quæ bene agendis dari solent, quò pacto fœdo Scolaſtici indurationem explicare ex parte Dei, non autè potest explicari induratio ex parte Dei, ita quòd immittere errores, aut duritiam in cor peccatoris, ut contendunt Hæretici, aut quòd eos omnino expollet quocunque auxilio, tam efficaci, quàm sufficienti, eum ad cumulum quandam peccatorum pervenerunt, ut dicebant Auctores primæ opinionis. Norat verò Pennottus specialiter, quòd licet verba illa Iſajæ cap. 6. dicta sint per imperativum verbum, non tamè intelligenda esse per modum imperantis, sed solum per modum Prophetice prædictionis, ut accipiatur, verbum imperativum pro præterito indicativo, ut legit D. Mat. cap. 13. inſerſſatum est cor populi huius, & auribus suis graviter audiverunt, & oculos suos claverunt, ne quando videant oculis, quò loquendi modo melius de latratum non Deum homines obsecrare, vel indurare, sed ipsos esse contra Deum obdurare, & aures divine vocationis, sicut oculos luminis claudere.

Ad alia loca, quæ indicant, Deum quosdam peccatores deserere, & ita abicere, ut penitere non possint, etiam si velint, dimissis illis duobus de Esau, & Antoco, non sunt ad rem, quia eorum penitentia vera non erat, sed facta, & dolosa, siquidem non de offensa Dei dolebant, sed de periculo mortis corporalis imminente, ut passim exponunt, certum est, quòd ait Aug. lib. de natura, & gratia cap. 26. & Trident. sess. 6. cap. 11. Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso, ex quo modo deserendi ex parte Dei colligitur, nunquò homini sufficiens auxilium denegari, alioquin prius Deus desereret hominem, quàm ab ipso deserere esset; ideò illa loca, in quibus dicitur Deus interdum deserere peccatores, de defectione comitante intelligi solent, non de antecedente, quæ subtrahat gratiã sufficientem ad operandum prærequisitam, quam gratiam preventivam vocant, undè solum sensus est, Deum, non dare gratiã adjuvantem, seu concomitantem, si homo nolit prevenienti gratiã cooperari cum gratia adjuvante, quæ ex parte Dei parata est, seu quòd idem est, Deum nolle operari opus salutis in homine, nisi velit homo cooperari ipsi Deo, atque ita rē explicat Concil. Trid. cap. 13. cum asserit Deus enim, nisi ipsi illius gratiã deseruerit, sicut capis opus bonum, ita perficit operans velle, & perficere; homines namque desere dicitur gratiã, cum Deo excitanti, & vocanti non consentiunt, & cooperantur; & in hoc sensu valde gravi explicat modum, quo Deus dicitur in scripturis deserere peccatores, Vasq. Smilinch. & alii, quamvis autem hæc expositio sit ceteris præferenda, ut in Augustini doctrina fundata, & Conc. Trid. ad huc tamen alia communis abs re non est, dicentium, Deum hominem interdum deserere ob suorum peccatorum gravitatem, non quidem communem, & sufficientem gratiam denegando, sed majora subtrahendo, & efficaciora, quæ bene utentibus minoribus dari solent.

Ad alia verò loca, quæ indicant dari in hac vita peccata quædam irremissibilia, ac proinde Deum sufficientem negare auxilia, his qui illis gravantur, dico negari in ipsis dixit, atque remissibilitate faciliem quòtundam delictorum, non autem remissibilitate simpliciter, cum aliquando Deus omnes quantumcunque gravissimi delinquentes ad penitentiam hortetur, & omnibus veniam promittat, ut exclamat toto cap. 1. Iſajæ, Lavamini, mundi estote, si fuerint peccata vestra, ut cocumini, quasi nix dealbabitur, & Jeremia cap. 3. & 18. & Ezech. c. 18. & quidem oppositum asserere, multò denegat merito, & virtutis sanguinis Christi, ejusque vivificæ passioni, cum ipse sit propriarius pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi Io. epist. p. c. 2. quapropter nullum esse peccatum in hac vita irremissibile, quòtuncque illud grave sit, definitum est, ut doctrina fidei per Cornelium Papam in Concilio Romano adversus Novati congregato, & renovata fuit hæc definitio in Conc. Niceno p. c. 8. & in Lateranensi sub Innoc. 3. ut extat in cap. firmiter de summa Trin. & fide, cat. & demum in Tridentino sess. 6. de justificatione can. 29. si quis dixerit, eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiã resurgere, anathema sit. Cum ergo in scripturis minatur interdum Deus peccatores, quòd enim querent, & non invenient, sed in peccato suo morientur Io. 8. quòd invocabunt, & non exaudiet. Prov. c. 1. & similia, non negatur remissibilitas simpliciter, sed remissibilitas facilius, quandoquidem picula quædam gravissima non nisi magna penitentia delinquenti dari possunt, & ita rē explicat scriptura ipsa Iſe. 1. cit. ubi cū dicitur Dominus dixit, cum ex tederitis manus vestras, avertet oculos meos à vobis, & cū multiplicaveritis orationes, non exaudiet, manus enim vestras sanguine plenas sit, stati subterite Lavamini, mundi estote, si fuerint peccata vestra, ut cocumini, quasi nix dealbabitur. Quoniam verò loca in argumento adducta specialè quædam videtur præferre

ARTICULUS QUARTUS.

Objectiones contra alias conclusiones diluuntur.

difficultatem, singula explicet per verbum in Spiritum Sanctu Mat. 12. intelligitur blasphemia omnium peccatorum gravissimè dicitur, neque in hoc, nequò in futuro seculo remitti ob difficultatem remissionis, nò ob impossibilitatem, quatenus raro datur blasphemia auxilium abundans, & efficac ad resurgendum ut explicant Patres. Per peccatum ad mortem, pro quo orandum non esse inquit Io. epist. p. c. 5. dimissis aliis præferenda est Aug. expositio lib. de correctione, & gratia c. 12. dicens per illud intelligendum nò esse aliquid peccatum mortale in vite periodo commissum, sed solum finale, id est finalis impenitentia, eum qui quis decedit è vita, & pro cuius remissione orandum nò esse constat, quoniam tunc nò est amplius venia tempus, nec in inferno id redemptio; locum Pauli Hebræorum 6. impossibile est eos &c. explicant Patres Ambrosius, Aug. Cryf. & alii non de renovatione, per sacramentum penitentia, sed de renovatione, quæ fiat iteru per baptismum, qui enim semel baptizatus à gratia baptizati, iterum per baptismum renovari nequit, ut quidam Hæretici dicebant, quem sensu indicant verba ipsa antecedentia Apof. postest etiam explicari de renovatione per penitentiam cum Lyrao, accipiendo impossibilitatem non physicè, sed moraliter, quò pacto impossibile dicitur, quicquid non nisi eum magna difficultate effici potest, quatenus per penitentiam vix unquò potest homo renovari ad tantam innocentiam, quanta est innocentia baptizati, quòd dicitur vocatur nova vita, & regeneratio, & renovatio, & resurrectio totius homo. Ultimò Pauli loc. Heb. 10. idè Patres interpretantur, quòd pro nostrorum remissione peccatorum non sit sperandum in alia hostia à Christo offensa quia alia nova hostia, id est sacrificium necessaria non est, eum sufficit antiqua semel à Christo oblata; potest etiam dici, quòd licet pro peccatorum remissione, post baptismum sit institutum penitentia sacramentum, hæc tamen nò est hostia, per quã tam facile, & copiose remittitur ut in baptismo, ubi quoad tota poenã, & culpa gratis omnino datur per baptismum, & absque labore satisfactionis præcedentia delicta remittuntur, in hoc igitur sensu ait Paulus, nobis peccantibus aliam hostiam pro peccatis non relinquit.

44 Ad Patrum auctoritates dicendum est, si, sicut ad loca scripturæ, vel intelligendi sunt de auxilio efficaci, non autè de sufficienti, vel explicandi sunt de impossibilitate morali, nò physicæ, & de Aug. præsertim jam dictu est n. 40. Ad primã rationem negatur assumptum, ut enim constat, ex dictis n. 39. etiam in ipso obduracy statu, nunquò peccator est sufficienti auxilio destitutus, ad. 2. negat aliquid minoris, & dicitur; Deum omni tẽporis momento adesse homini per auxilium sufficiens, explicantes hoc de preparatione divine voluntatis, ad exhibendum omni momento sufficiens auxilium, per hominẽ non flet, quò minus illud recipiat. Hoc tamen non satisficit, quia aliud est dare, & exhibere auxilium sufficiens, aliud verò parati esse dare hoc enim spectat præcisè ad actum primum, illud verò ad actum secundum, id est actualem auxilii exhibitionem, de qua argumentum urget, & est præsens difficultas, nam per solã preparationem divine voluntatis nò rectè, & sufficienter divini explicatur cõtinuò auxilii. Alii verò ut Saut. & Amicus l. admittunt minore, & casum in argumento positum, quia Deus non tenetur singulis momentis hominẽ excitare ad hoc, ut ille verò dicitur in singulis momentis habere sufficere media ad salutem, & si in illo tempore inter ultimam excitacionem, & mortem intercedente manet peccator omni delituit auxilio, peccatori id debet imputari, nò Deo, quia potuisset peccator acceptã inspiratione, qua fuit excitatus in uno instanti, mediũ sibi comparare pro alio instanti. Sed quicquid sit hoc, dico in primis, omnes fideles peccatores habere pro aliquo tẽpore hujus vite auxilium ita sufficiens ad salutem, ut solũ per eos flet, quò minus salutè cõsequantur, & hoc factis esse, ut verè dicitur Deus eos velle salvare, & necessaria media providere, quantum est ex parte sua; & licet nò pro quolibet instanti habeat tale auxilium actu exhibiturũ, quia nò continuo, & semper, sed interpolatim, & per occasiones homo interius excitatur à Deo, & semper tamen, & cõtinuò habent illud paratũ, si per ipsos non fletur; Adde deinde impossibilitate esse regulatim loquendo casum in argumento commemoratum, ut inter ultimam excitacionem & mortem ipsam inclivum intercedat tempus in quo non habeat peccator auxilium actu exhibiturũ, quia si verum esse, Deũ auxilia sua exhibere in omni necessitate, & opportuna occasione; nulla major est cõtingere potest in hac vita opportunitas & necessitas divini auxilii, quã in articulo mortis, in quo à entatore vexatur, & idè dicitur Psal. in ea præsertim occasione Deũ semper prestò esse Dominum Domini exitus mortis, quare si tunc nò cõsistendo damnatur sibi ipsi imputari debet, nò Deo. Ad ultimũ quã vis potest Deus peccatores obdurare, & multis peccatis irerito auxiliũ etiam sufficiens ad salutem justè denegare, constat tamè ex dictis de facto itã nò cõtingere, sed tenet in Deo perseverare voluntate salvandi illi, quæ cõsistete nequit sine voluntate dandi illi auxilia sufficientia ad salutem

45 Auctores secundæ sententiæ n. 2. relatæ asserentes, voluntate salvandi omnes in Deo non immediatè, & directè tetinuari ad salutem ipsam, & gloriã omnibus comunicandã, n. 1. sed tantum ad media salutis; Primò urgent rationem, quam dicunt esse Aug.; impossibile est, Deum velle omnes salvos fieri, & non omnes salvari, ut non omnes salvantur; ergo non vult omnes salvos fieri; Nec sufficit dicere, quòd Deus sufficienti media omnibus præparaverit, ut dicatur velle omnium salutem; Hoc enim utique gratis conceditur, sed dicunt, ex hoc tantum sequi, Deum habuisse voluntatẽ circa media, non autem circa finem, id est gloriã omnibus comunicandã. Cõf. quicquid Deus ex se ipso vult, voluntate beneplaciti vult, ideò enim Deus aliquid ex se ipso vult, quia placet, quod vult; implicat autè, voluntatem beneplaciti in Deo non adimpleri; igitur implicat, Deum ex se ipso velle omnes salvos fieri, & tamè nò omnes salvari; minor probatur, nam voluntas ista, beneplaciti, quam Deus habet de omnium salute, non est tãtum de salute possibilis, sed etiam de salute futura, quæ est voluntas libera, quæ esse non potest, nisi de futura; at omnis voluntas de re futura in Deo adimpletur, quia omnis talis voluntas est per modũ professionis, efficaciter movens potentiam ad exequendum objectũ volitum, implicat igitur, Deum aliquid ex se ipso libetè velle voluntate beneplaciti, & illud non fieri. Nec respondere juvat, hæc esse voluntatẽ inefficacem; Quia volitio inefficax est, volitio ponendi objectum, quantum est ex parte volentis; ergo si in manu ejus sit ponere, semper illud ponet atque in manu Dei est ponere omnia; ergo eo ipso quòd cupiat illa poni, licet inefficaciter, debet ea ponere, & consequenter jam illa erit voluntas efficax; Demũ, si aliquis velit aliquid fieri illi, & illud non faciat, ceterè eò ipso arguitur impotentia, aut mutabilitate, neutrum autem in Deo cadere potest; ergo nò potest Deus aliquid velle, quòd nò exequatur.

46 Respondeo assumptum esse verum de voluntate absolute efficaci, & consequenter de qua loquitur August. dictum est n. 7. quia hæc semper impletur, non verò de conditionata, & ceterè, & inefficax, qualis est voluntas salvandi omnes in Deo; & gratis concedo, solutionem inter arguendũ datam sufficientem non esse, nam nos asserimus, non tantum habere. Deum voluntatẽ directam, ac immutatã circa media, sed etiam circa finem, id est circa gloriã omnibus comunicandã, ut patet concl. secundã. Ad Conf. major vera est accipiendo voluntatẽ beneplaciti, ut significat volitionẽ ejus, quòd Deo placet, & cupit ut fiat, quantum in ipso est, non autem sua mediò beneplaciti pro absoluta, & ultimata volitione Dei in se venetũ Scholaſtico-rum, nam voluntas antecedens potest esse in Deo beneplaciti, & tamen non est voluntas absoluta, ac ultimata Dei; ad minorem dicendum, quòd est voluntas beneplaciti in secũdo sensu, semper impletur, opus tamè non est impleti semper voluntatẽ beneplaciti in primo sensu, qualis est in Deo voluntas salvandi omnes; ad probationem minoris, distinguo majorem, alis voluntas non est tãtum de salute possibilis, sed etiam futura, conditionatè, concedo, absolute, nego, & rursus distinguo minorem, omnis voluntas de re futura necessariò in Deo adimpletur, de re futura absolute, concedo, conditionatè nego; voluntas autem salvandi omnes, licet sit per modum professionis, ut excludit puram, & simplicem complacentiam, quia tamè non est efficax absolute, sed tantum conditionatè, quantum est ex parte Dei, idè non movet efficaciter divinã voluntatẽ ad executionem objecti voliti, sed tantum ad exhibitionem mediõrum sufficientium pro ejus consecutione; & in hoc sensu potest dici inefficax, & ad mitti alia responsio inter arguendum data, ad cuius impugnationem dico consequentiam non valens, quando agens est liberum, & vult objectum conditionatè dependenter ab alio, & si per alium non fletur, tunc enim nequit objectum exequi; & finem intentum perfectè consequi, nisi perficere condicio ex alterius voluntate dependens. Ad ultimum negatur assumptum, quòd quocunque illud sit agens liberum, ac infinite virtutibus est Deus, tunc enim talis voluntas potest esse vera, & seria, etiam si sit inefficax, quia talis inefficacitas non procedit ex impotentia habendi majorem voluntatẽ, ac efficaciorẽ, sed ex mera ejus libertate, ex dictis n. 20. neque procedit ex aliqua imperfectione, & imbecillitate in ipsa volitione inclusa, sed ex eo, quia talis volitio non est absoluta, sed conditionata.

Secundo arguitur, volitio inefficax, & conditionata nò potest habere objectũ reale, quòd illi correspondeat ex parte creature, stante enim ea volitione potest esse, & non esse creatura; atqui in Deo nullus actus potest esse liber, nisi ex parte creaturæ.

re respondeat aliqua mutatio, ergo, &c. Respondent aliqui, eam voluntate habere mutationem aliquam ex parte creature, non quidem in ipsa gloria, quia hæc non conceditur omnibus, sed in auxiliis & mediis sufficientibus ad illam, & hanc mutationem sufficere, ut possit dari ea voluntate libera in Deo respectu mediatorum, quam solutionem amplectitur Amicus dicitur, 16. cir. sec. r. n. 19. ubi proinde dicit, hanc voluntatem esse formalem, & æqualem in Deo respectu mediatorum tantum, respectu vero gloriæ esse solum virtuales, quatenus includitur in mediis & sic dicendo videtur stare pro secunda sententia, non autem pro tertia, quam in conclusionibus profiteri videbitur. Sed quicquid sit de mente Auctoris hujus ad maiorem dico, ad actum Dei liberum sufficere, quod in re voluta aliqua saltem objectiva mutatio correspondeat, & quidem absolute futura realis, & physica in tempore, si actus Dei liber sit absolutus, & solum futura conditionata, si actus divinus est solum conditionatus, ut est in proposito de voluntate generali Dei dandi gloriam, quare huic volitioni conditionatæ correspondebit objectiva mutatio in gloria illi proportionata, ut universalliter dictum est de intentione, quæ sequitur in objectis volitis ex decretis divinis conditionatis dicitur n. 184. & dicitur n. 262. Sed contra hanc solutionem instat Arriaga dicitur, 25. n. 29. quod sit improbabilius, quia voluntas illa Dei generalis absolute existit de presenti, quia quilibet effectus volitionis ergo mutatio conditionata actu liberum, sicut actus ille absolute existit, ita quoque talis mutatio in gloria actu existere deberet, nam si actus non existit, sed existere, hoc solum sufficit, ut constitueret actum liberum in Deo, quando conditio ex parte creature potest necesse in esse, non autem sufficit, ut actus illam volitionem de presenti in Deo constituat; quare ipse concludit, mutationem physicam non requiri ex parte creature pro constitutione actus liberi in Deo. Respondendo, neque nos requirere mutationem physicam actualem in creatura, ut actus liberi constituantur in Deo re ipsa existentes ab æterno, sed dicimus sufficere objectivam, quæ etiam sit aliquo modo realis, non quidem præsens ab æterno, sed talis futura in tempore, absolute quidem, si decretum de re futura sit absolutum, conditionatè vero, si decretum sit tamen conditionatè, quare negatur omnino illa paritas, quod sicut actus liber absolute existit Deo ab æterno, ita quoque sit opus, mutatione ex parte creature debere esse actualem, & præsentem ab æterno, sufficere enim, quod ab æterno talis mutatio ex parte creature sit actualis actualitate objectiva, non autem reali, & physica, ut fusc declaratum est locis supra citatis; Tum quia licet ex vi illius conditionatæ voluntatis gloriæ omnibus communicandæ nulla possit ex parte gloriæ assignari mutatio absolute futura, quia non omnes salvabuntur, tamen assignari potest ex parte mediatorum, quæ de facto omnibus conferuntur ad gloriam consequendam, & hæc mutatio sufficit, ut possit dari actus liber Dei immediate terminatus, necdum ad media, sed etiam ad gloriam ipsam. At rursus instat Arriaga, neque talem mutationem in mediis sufficere, quia respectu multorum, ut v. g. infantium in utero materno morientium, ac Ethnicorum, neque quoad media sit mutatio, unde ex eorum electione ad gloriam nulla profus sequitur mutatio etiam in mediis, quam si non essent electi, quia illis nullum medium nec sufficiens immediate conceditur ad salutem. Respondendo, falsum esse Gentilibus, ac parvulis in utero materno morientibus, Deum non dare auxilium sufficiens ad salutem saltem remotè, ut constat ex dictis, quod sufficit, ut ex vi illius generalis voluntatis aliqua mutatio sequatur in mediis etiam respectu ipsorum, at tamen, ut dixi, quando etiam nulla profus absolute sequatur mutatio nec in mediis, nec in fine ex vi voluntatis illius ad hoc, ut detur in Deo, sufficit, quod talis mutatio sit futura conditionata in mediis, vel in gloria, cum talis voluntas non nisi conditionata ponatur, talis enim mutatio existit ex parte creature, qualis est natura actus liberi in Deo, virtute cuius mutatio sequitur in creatura.

Terchio arguit Vulpes cir. d. 33. art. 10. n. 5. si Deus haberet voluntatem immediate terminatam ad gloriam omnibus communicandam, hoc præferretur esse, quia omnibus dat sufficientia media ad eam comparandam; at hinc non sufficienter colligitur, quia illa non vult omnibus, ut media formalia ad illum finem, sed tantum materialia; ergo, &c. probatur minor, quia sicut non sit in omnibus prædestinationis effectus, ita non in omnibus volita sunt, ut media formalia ad gloriam consequendam prius in ordine intentionis à Deo volita, & intèta, nam media, quæ in ordine intentionis preparatur ad aliquè finem immediate volitum, in executione cum effectu còducunt ad illum finem. Tum 3. cum prædestinatio non fiat ex prævisis meritis, quia est opus merè gratuitum, sequitur, omnes homines æqualiter divine voluntati offerri in puris naturalibus, quorum quis tantum, quos efficaciter vult salvos, vult pariter immediate gloriâ, & erga alios tantum merè negativè se habet; ergo ex nullo capite colligi potest, Deum habere actum voluntatis immediate ter-

minatam ad gloriam omnibus communicandam. Tum 3. quia satis est in Deo ponere voluntatem absolutam immediate terminatam ad auxilium, amnia, ut testimonium Pauli verificetur; ergo frustra ponitur alia conditionata ad gloriam immediate terminata. Tum 4. quia hæc voluntas maximam poneret imperfectionem in Deo, nam esset beneplaciti, & non impleteret, & tunc verè diligeret omnes in ordine ad gloriam in re omnibus communicandam, & tamen quia non omnes cum effectu salvarentur, sequitur, quod non verè omnes diligeret, aut quod non esset potens ad salvandū omnes, quæ enim verè Deus diligit in ordine ad existentiam, tanquam ad effectum immediate ab eo volitum, sua omnipotentia efficaciter executioni mandat. Tandem hoc in Deo manifestam arguit contradictionem, ut idem simul velit, & non velit, ex hoc enim, quod dicitur, Deum verè habere actum volendi immediate terminatum ad gloriam omnibus communicandam, sequitur, quod omnes amet, & ex testimonio Pauli ad Rom. 9. de Jacob, & Esau, cum nondum nati essent, vel aliquid boni, & mali egissent, Jacob dilexit, Esau autem odio habuit, sequitur oppositum, Deum scilicet odire Esau autem prævisionem demeritorum; ergo simul eundem diligeret, & odiret.

Respondendo negando minorem, constat ex dictis n. 154 ad probationem dico ex hoc, quod auxilia gratiæ non sunt in omnibus prædestinationis effectus, non rectè inferri, quod non detur omnibus, ut media formalia ad finem consequendum, sed tantum, quod non dentur, ut media efficiat, & falsum est loquendo universalliter, media, quæ in ordine intentionis ad aliquè finem immediate volitum preparantur, in executione cum effectu ad illum finem conducere, hoc naque tantum verificatur de mediis efficientibus, & ad finem efficiat intentionis. Ad 2. sapius dictum est, duplicem dari in Deo voluntatè, antecedentem, & consequentem, illa est, quæ vult aliquid, quantum est ex se, & hæc duo connotat, scilicet gratiam gratis datam universalem, & præventionem, & hæc absolute, deinde beatitudinem conditionatè, si scilicet natura libera convenienter se se disposuerit ex parte sui; voluntas consequens est, quia Deus vult aliquid absolute, & efficaciter, omnibus, præfatis conditionibus etiam ex parte nostris; prædestinatio autè, & reprobatio pertinent ad voluntatem consequentem, non verò antecedentem; itaque creature rationales, quæ aliquando futuræ sunt in rerum natura, voluntati antecedenti offeruntur in puris naturalibus, æqualiter, & per eam voluntatem Deus eas ordinat ad finem supernaturalem, ratione cuius ordinationis beatitudo supernaturalis est nobis aliquo modo debita, alioquin ejus privatio in damnatis pena non esset, imò neque vera privatio aliquid boni debiti, sed meta negatio, quia beatitudo debita non est creature rationi in puris naturalibus constituta, sed tantum ut elevat ad finem supernaturalem; deinde voluntati divinæ sic ordinata, & elevata offeruntur, ut specialiter, & efficaciter ad gloriam destinata, vel ad penam, quicquid ergo sit modo, prædestinatio fiat ex prævisis meritis, quævis verum sit, prædestinatio tamen voluntate Dei gloriâ immediate efficaciter, & voluntate absoluta, & consequenti, at tamen voluntate antecedenti, & conditionata est voluntas omnibus immediate etiam reprobis, alioquin non omnes ordinati fuissent in finem supernaturalem; Ad 3. negatur assumptum, nam ut constat ex dictis num. 17. sententia Apostoli non facit sensum proprium, nisi talis voluntas salvandi omnes intelligatur immediate, & directè ad omnium salutem terminata. Ad 4. negatur assumptum cum ejus probationibus, satis constat ex dictis n. 7. 13. & 20. ubi etiam declaratum est, quo sensu hæc voluntas possit dici beneplaciti, & quo non. Ad ultimum negatur consequentia, ad probationem dico (quæ quid sit modo de intelligentia illius auctoritatis Rom. 9. de qua quæ seq.) inde sequi tantum, Deum amare omnes voluntate antecedenti, & amore inefficaci, & non amare omnes voluntate consequenti, & amore efficaciam quo nulla est contradictio; & planè de odio positivo etiam Vulpes ipse concedit n. 7. in fine auctoritatem illam explicari non posse, quia hoc sequitur tantum prævisionem demeritorum; quod si inesse, saltem odium negativum, scilicet non dilectionem præcedere demeritorum prævisionem, quamvis hoc sit dubium, pro solutione argumenti pro nunc dicendum id intelligendum esse de odio negativo, prout excludit dilectionem inefficacem, & absolutam, non autem inefficacem, & conditionatam, & rursus neque in hoc ulla apparet repugnantia, quod idem Esau à Deo diligitur dilectione inefficaci in ordine ad gloriam, & non dilectione efficaci, & absoluta, quæ prædestinatis tantum convenit.

Postremò cõtra explicationem tertie sententiæ datur in tertia conclusione, quod hæc voluntas sit conditionata in Deo ex parte objecti, nempe si quis, cui media preparantur, cooperari voluerit, arguitur, quæ ex tali positione sequitur, Deum non habere voluntatem consequentem concurrentem nobiscum ad nostræ salutis cõsecutionem, nisi prævisâ cooperatione causæ secundæ;

de, & ita asserendo labimur in sententiam de prævisione conditionata determinationis ex parte causæ secundæ, ante decretum absolutum divine voluntatis superius impugnatam disp. 3. qu. 3. & 4.

Respondendo negando consequentiam, nam adhuc in sententia nostra de divini decreti concomitantia verum manet. Deum concurrere cum mediis, causisque salutis, si concurrerent ipse causæ secundæ, ut docet Scotus 2. d. 37. ad solutionem istorum, non enim sensus est, ut notat Smilinch. tr. 3. d. 5. q. 2. nu. 47. quod una alteram, vel alterius concurrere determinaret, adeoque unius de terminatio determinationem alterius expectaret, sed quod unius concurrere alterius concurrere determinaretur, unde conditionalis illa si concurrerent causæ secundæ, non importat conditionem antecedentem etiam secundum rationem, quemadmodum Recentiores scientiæ mediæ assertores dicebant, sed conditionem concomitantem, eo modo, quo de causis subordinatis dixerunt, subordinantem actum, si ageret subordinatè v. g. Solem generaturum hominem, si homo generaret hominem, intellectum cognitionem pariterum, si objectum concurreret, quod de antecedente conditione intelligi non potest, sed solum de concomitante largè loquendo de conditione, quod adhuc fufius ibi declarat Smilinch.

Deinde arguitur contra id; quod in eadem assertum conclusionem, voluntate salvandi omnes esse efficacem saltem inadæquate, quantum scilicet est ex parte Dei, nam tamen voluntas ex parte Dei non sufficit ad executionem salutis omnium; sed requiritur ad executionem aliud Dei decretum proxime dicitur concursus Dei ad actionem communem, ipsius, & causæ secundæ, quod decretum est voluntas consequens, & illud Deus modo non habet, nisi respectu salutis electorum, haberet autem ex vi præsentis voluntatis antecedentis etiam respectu aliorum, si talis causæ essent futuræ determinatè, ad cooperandum aliorum salutis; cum ergo aliud distinctum decretum ab hac voluntate antecedente requiratur ad hanc executionem ex hypothesi, quod poneretur desiderata conditio, sequitur, voluntatem hanc antecedentem salutis omnium dici non posse de se efficacem, quantum est ex parte Dei.

Respondendo negando assumptum, quod scilicet posita, & purificata conditione ad executionem salutis omnium requiratur novum decretum absolute, distinctum à priori conditionato, quia ut diximus disp. 3. n. 262. de quoque; decreto conditionato in universum, posito casu, quod aliquid futurum conditionatum transeat in absolutum purificata conditione, planè transeat ad talem statum non ex vi decreti conditionis, nequialiter novi decreti de ipso, sed vi solius decreti conditionati prioris, quod in re profus immutatur, sola intellecta mutatione, & purificatione conditionis, transeat de conditionato in absolutum, & causat esse absolutum in effectu; quare supra diximus, voluntatem antecedentem, & consequentem non semper circa diversam, ac opposita objecta versari, sed interdum versari posse circa idem objectum, ita quod eadè voluntas quæ dicebatur conditionata ante purificationem conditionis, & antecedens, post eam dicatur absoluta, & consequens, facta tantum mutatione ex parte conditionis; Deinde concessio assumptum, adhuc negari potest consequentia, quia etiam si requiratur aliud distinctum decretum ad executionem salutis omnium, posita desiderata conditione, cum tale novum decretum ponatur ex vi prioris voluntatis, sufficit talis voluntas antecedens dicatur efficacis, quantum est ex se respectu executionis effectus; & hoc modo explicat Smilinch. loc. cit. efficaciam voluntatis salvandi omnes, quantum est ex parte Dei, nam eo ipso inquit, quod voluntas antecedens immediate est efficax respectu voluntatis, quæ inesse postea conditione, etiam mediatè est efficax respectu effectus, qui fiet per voluntatè consequentem, nam quod dici solet, rem, quæ est causa causæ, esse causam causati, maxime verum est de effectu causati intento per causam causam. Et hæc quoque causa solutio re vera sufficit ad salvandam efficaciam voluntatis conditionatæ, quantum opus est ad tale genus efficaciam, quia ad hoc sufficit, ut volens aliquid sub conditione, itam purificata conditione sese applicet ad ejus consequentem, sive id faciat immediate ex vi illius prioris voluntatis conditionatæ, sive mediantè alia voluntate absoluta ex illa consequente; Verum tamen, quia hæc secunda solutio divertere videtur ad opinionem Vasqu. n. 3. relata dicitur, voluntatem antecedentem non esse efficacem ullo modo respectu salutis, sed tantum respectu voluntatis consequentis, quæ inesse postea conditione, prior reponso magis arctidè; esto Smilinch. cit. dicit, Vasqu. male talem voluntatè antecedentem appellare efficacem inefficacem, respectu salutis omnium, quia si hæc causanda est per voluntatem consequentem, quæ inesse postea conditione, cum hæc voluntas consequens sequeretur ex voluntate antecedenti modo præsentè, consequenter talis voluntas antecedens modo existens dici debet efficax quantum est ex se respectu salutis omnium saltem mediatè.

Alia difficultas, quam urget Arriaga disp. 25. n. 26. contra efficaciam voluntatis Dei salvandi omnes conditionatè, & quantum est ex parte sua, soluta est supra n. 11.

QUESTIO SECUNDA.

An electio efficax ad gloriam sit antè, vel post meritum prævisionem.

ARTICULUS PRIMUS.

Status, & Origo controversiæ proponitur.

Questione precedenti determinavimus voluntatem, qua Deus dare vult hominibus auxilia divine gratiæ, quæ in se sunt media necessaria ad gloriam consequendam, præsupponere aliquam voluntatem dandi gloriam, vel inefficacem, vel efficacem, quidem quantum est ex se, tamen conditionatam ex parte objecti, quam D. Paulus expressit p. ad Thim. 2. illis verbis Deus vult, omnes homines salvos fieri, proponitur nunc questio de voluntate, & electione efficaci, & absoluta, quæ est propria prædestinatorum, & dicitur simpliciter electio ad gloriam, & queritur, an hæc antecedat, vel sequatur meritum prævisionem; & sermo est non de præfata conditionata, quam nonnulli media appellat, sed de absoluta, quia si prædestinatio est ex meritis, non est ex meritis prævisis, ut futuris solum ex hypothesi, sed ut futuris absolute, nam ob merita futura solum ex suppositione, non autè absolute, nullus præmio afficitur, vel pena, ut non semel contra Pelagianos, & Semipelagianos conclusit Augustinus, unde & Doctores, qui scientiâ hanc mediâ admittunt, & prædestinationem ex meritis prævisis esse voluntatè, dicunt, eam utique supponi prædestinationi, non quidem, ut sit aliquo modo causa, vel motivum, cujus intuitu à Deo tale decretum fiat, quo sensu movetur hic questio, sed ut prædestinatio sit certane arbitrii nostri libertatem tollat, quæ de causa nonnulli deceperit, ut notat Fafolus par. 1. qu. 23. ar. 1. dub. 3. referunt Molinam, & alios quosdam Auctores Societatis pro opinione afferente, prædestinationem esse in Deo ex meritis prævisis, & quia negant electionem antè prævisionem meritum, non quidem absolute, sed conditionatam, cum re vera sequatur oppositam sententiam, quando quidem apud omnes Catholicos constat, ut de fide, nullum prædestinari esse salutem solum ex hypothesi futuris, sed tantum absolute, etiam in sententia afferente, prædestinationem ex meritis fieri; unde valdè allucinatè est Vulpes disp. 38. ar. 3. n. 10. dicens Recentiores Thomistic Societatis tenere, electionem ad gloriam esse ex prævisis meritis, quia præsupponit secundum ipsos merita prævisis, ut conditionatè futura, ita enim loquendo statum controversiæ percipere non videtur, in qua apud omnes sermo est de meritis prævisis, ut absolute futuris, & non conditionatè tantum, & sensus questionis est, an idem Deus prædestinatus ad gloriam elegerit, quia prævidit eorum merita absolute futura; an potius è contrariè id illis voluerit dare gratiam, & merita, quia ex sapientissimo suo beneplacito merè libero elegerit illos ad gloriam.

Et quidem in hoc sensu rem explicant Recentiores Societatis auctores, tam qui hæc, quam qui aliam sequuntur sententiam, nam Heriz ab Arriaga citatus disp. 35. sect. 1. n. 1. ait, merita conditionata nullam habere vim movendi Deum ad efficacem electionem ad gloriam, quod tam certum ait esse, ut sine periculo collabendi cum Massiliensibus id negari non possit, quia parvulos dicebant, prædestinatos esse, vel reprobatos ex bonis, vel malis operibus, quæ fecissent ex hypothesi, quod vixissent; tum quia etiam in reprobis juxta eorum sententiam de scientia media prævidet Deus merita conditionata, quæ habuissent in hoc vel illo rerum ordine constituti, & tamen adhuc sunt reprobi, signum evidens, ex meritis prævisis solum conditionatè futuris divinam prædestinationem non pendere, etiam in eorum opinione, qui eam ponunt ex meritis prævisis fieri, sed præcisè, ut à causa pendere à meritis prævisis absolute futuris; unde Arriaga dicitur, 36. tenet, de facto dari talem electionem efficacem ad gloriam antè absolutam scientiam meritum futurorum, post tamen prævisionem conditionatam, imò hæc esse necessariam putat, ut sine ipsa censetur repugnare talem electionem efficacem ad gloriam, in Deo dari salva libertate nostra, ut constat ex his, quæ habet disp. 34. sect. 4. ubi ait, hæc esse communem opinionem inter Auctores Societatis, possibilem tamè esse antè scientiam absolutam, defendit dicitur disp. 35. imò ita de facto dari in Deo, concludit disp. 36. Ex quo constat, ut dixi, Patres Societatis, quamvis omnes scientiam conditionatam futurorum meritum præsupponi, dicant ad efficacem electionem futurorum, ut hæc cum nostra libertate coherat, non tamen eam præsupponi dicunt causam talis electionis, quia sicut electorum, ita non electorum merita conditionata ajunt, Deum hæc scientia præscire; & idè minus accuratè dixit Vulpes.